

quirere in ambitionem; ac ut merita offerre pro futura dubia gratia, gratiam collatam in ineptorum demerita. O quantum est in rebus inane! Cor eorum vanum est. Intelligite Præfides, & erudimini in iudicio, qui iudicatis.

17 Tametsi plus iusto protrahatur Didascalia; illustrandum est nobile testimonium, quod sæpe factum. In throno quo sedebat, qui sedebat; plura mirifica visa: in sede & supra sedem sedens: qui intendit maiestate in sedis maiestatem, pro maiestate haud inquit aliam sedem. In circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes. Etiam ibi erant quatuor animalia; sed intendendum, quod erant. Quatuor animalia in medio sedis & in circuitu sedis.

Apoc. 4. 2.

Verf. 4.

Verf. 6.

Præfides dicitur sine ambitu, cum ambitu stolidi.

sam maiestatem. Circulus sedis est ambitus in meditatam maiestatis sedem: apteque notatur, animalia habere sedem, & etiam sedis circuitum; quia ambientium ingredi, ambiebant viribus ambitum, ut per Superioris gratiam & inferiorum gradus, possent ascendere estis animalia superiora superius. Hoccine officium est superiorum animalium, quippe animalium officium: albis visceribus repellere amicus præclaris instrumentis dotatus, virtute optimus, apprimè muneribus ingenij atque genij instructus; introducturque hostis & moribus pravis, fracta ab animalibus suffragatoribus lege; modò amentia aut desipientia arrideant vel leviter Superiori.

18 Iam nota corruptionis morum ac meritorum causa, ut ab his quorum interest, arceantur crimina; consulturque honori dignitatum, atque dignitati munus: etenim servato distributionis ordine & tenore iustitiæ, dignitates floreant, meritorum virtutes germinabunt, digni honoribus pollent, & indigni nequaquam insolescent. Subit mentem, quo intuitu SS. Doctor N. Benedictus, conatus tot instrumentis Monachos arcere à malis: non dixerit (cum ambitio sit gravius malum) Non esse ambitiosum. An subicit, quia arbitratu suo impossibile, quod cadere quirit in cogitationem Monachi? Alia rimor. Dixit (tangor) & præfixit legem, dum præmiserit: Non esse superbum: non detractorem: igitur impossibile, esse ambitiosum & non esse detractorem & superbum; ut alios deprimat, & se sine virtute supra virtutem extollat. Anselm. de Contempt. Mund. v. 123.

Sunt quos falsus honor iuvat, & peritura potestas: Sequæ putant aliquos, quod loco cessa tenent.

Ambitiosus detractor & superbus.

S. Bened.

Anselm.



TAU-

# TAUTOLOGIA TERTIA.

FUIT VIR UNUS. I. Reg. I. v. I.

EXPOSITIO LITERÆ.



Magni non nisi ex magnis, dicit Plutarch. in Scipion. Afric: Unde illud tritum Horat. 4. Carmin. Od. v. 29.

Fortes creantur fortibus, & bonis.

Nec imbellem feroces

Progenerant aquila columbanam.

Doctrina sed vim promovet institam,

Relique cultus peccora roborant.

Ita è viris magnis inclytus Samuel. Meliores ex melioribus nasci: aluit Aristotel. 3. Politic. cap. 8. Dotes, instrumentaque præclara referuntur parentum; quia tales habere

debit maiores ultimus ludicum Samuel præstantior omnibus: ut non repente conceptam, sed à maioribus acceptam, & ipso insulam iure nature, probitatem mirarentur universi: siquidem illi nobilitas propagata, & seculari potestate sublimis, & religionis successione venerabilis; ut aliò dicebat Ambros. lib. 1. in Lucam. Erant enim ambo iusti ante Deum, iacentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.

Quod si nobilitas cunctis exordia pandit

Laudibus, atque omnes redeunt in semina causas;

Quis venerabilior sanguis? Quæ maior origo?

Si cælum etiam aluit, probata virtus splendet. Mater steriliis peperit, ut videretur cunctis partus miraculum: iccirco Summus Sacerdos Heli dixit: Anna periculum offerenti, ut refert in Antiq. Philo Bibl. Per hunc iustificata est mater tua, ut statuas prophetiam populi, & lac mamillarum tuarum constituas in fontem duodecim tributum.

2 Pater Elcana erat de tribu Levi, uti dicitur, 1. Paralip. 6. à v. 24. Samuel filij Elcana, filij Ierobam, filij Eliel, filij Thobu, filij Suph, filij Elcana, filij Mabath, filij Amasai, filij Elcana, filij Iobal, filij Azaria, filij Sopbonia, filij Thabath, filij Abi, filij Abiasaph, filij Core, filij Isair, filij Calio, filij Levi, filij Israhel. Seriem eandem ducit Serarius in cap. 1. lib. 1. Reg. De serè omnibus his Samuelis maioribus solum sci-

mus ex sacra pagina nomina: De Abiasaph, fuisse unum ex filijs Core, qui absorpto patre à terra, stante cum uxoribus & liberis in introitu tentorii; pendulus mirè permansit, quousque terræ recluderetur hiatus: quare Numer. 26. 10. 11. dicitur: Factum est grande miraculum, ut Core pereunte filij eius non perirent. De Elcana tertio, Samuelis patre, nobis est sermo, qui quidem habitabat in monte Ephraim in Ramathah, post Rama, ac denique Salvatoris N. tempore, Arimathea; de qua nobilitas ille decurio Ioseph, qui sepehivir Dominum, averfatus Iudeorum actus & consilia, ut testatur Evangelizæ. Describunt urbem Brocard. in Ierusal. Adrich. in Ephraim. n. 79. Uvillhelm, Tyrius, lib. 7. Histor. bell. sac. cap. 22. Maluend. hic, & primo Hieronym. in Paule Epitaph. Elcana dicitur Ephraimita, haud quia Ephraimita, sed quia habitabat in monte Ephraim, cum tribus Levi dispersa esset per omnes tribus Israël, in quibus habebant oppida: Iosue 21. & nos latè Tautolog. 6. à num. 19. Hoc decretum tam in commodum spirituale, quam in temporale totius Israël. Primò ne cultus Dei ad unam duntaxat tribum pertinere videretur: deinde, ut ubique esset qui Israëlitas doceret quicquid erga Dei religionem decretum, vel interdicitum: præterea ne gravarentur alimentis cæta multitudinis Levitarum; sed à multis multi ad victum acciperent necessariz, de quo Tautolog. 5. à num. 10. Alij dicunt Elcana dici Ephratæum, quia ex matre Bethlehemita, quoniam Bethlehem dicta etiam Ephrata; de quo Hieronym. in Traditi. Hebr. In Scriptura Ephratæus accipitur aliquando ab Ephraim, Iudic. 12. 5. & ab Ephrata,

Horat.

Aristotele

Aristotele

Aristotele

Nobilitas

Claudian.

Phil. Bibl.

Phil. Bibl.

Genealogia

Samuelis

Nom. 16.

37

1. Reg. 1. 2.

Cur. Elcana

dicatur

Ephratæus,

si ex Levi

1. Reg. 1. 2.

Cur. Elcana

dicatur

Ephratæus,

si ex Levi

feu Bethlehem, 1. Reg. 17. 12. Quod quidem claret, Ruth. 1. 2. ubi dicitur: *Ephraim de Bethlehem iuda*: quod minime in discrimen signaretur; ni Ephratæus etiam diceretur de Ephraim. Unde Elcana potest dici Ephratæus causa habitationis in Ephraim, & causa natalitatis vel originis ex Bethlehem. Alij denique per *Ephratæus* non patriam intelligunt, sed Elcanæ qualitatem, retenta à Vulgato voce Hebræa pro significato vocis; ut illud Proverb. 31. 24. *Cingulum traxit Chanaan: pro Mercatori*. Sic vox *Ephratæus*. Idem, ut ait Maluend. *Virum nobilem, magnum, præclaræ æstimationis, & auctoritatis, amplis opibus*. Ex contextu enim elucet: si jam descripta Elcanæ patria, dum prolatum *De Ramathaim-Sophim, de monte Epëraim*; quorsum alia designanda patria, nimirum, *Ephratæus* Ephratæus ergo ostendit nomen appellativum, idem divitem Elcanam, opulentum & auctoritatum, inclytum & illustrem; quo intuitu præmittitur, *Fuit vir unus*.

3 Honorificum olim nomen Viri, quippe indicabat virum probum cum mala fortuna compositum; sed semper virum, malis pressum, verum non oppressum, super omnia & super se mirificè clarum. Homer. 1. *Odyss.* v. 1. de Ulyssie: *Dic mihi Musa virum, &c.* quem imitatur Horat. de *Arte Poët.* v. 141.

*Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Troia,  
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.*

Horat.

Virgil. 1. *Aneid.* v. 5. *Arma, virumque cano. lib. 10. v. 597. Vir Troiane, quibus celo te laudibus æquæ?* Idem lib. 11. v. 125. Donatus in *Aneid.* 1. v. cit. subdit: *Premisit arma, deinde Virum addidit, non ut sexum significaret, sed viri excellentiam, qui Romani Imperij auctor & conditor esse meruerit, qui terrâ marique iactans, multa adversa tolerando, ac ferendo transierit, qui lunonis inimicitias, & reliquorum factiones superavit; quibus talis, tantusque vir coæsit Aneas.* Hinc Modest. in *Præfat. præmittit*:

*Vir magnus bello, nulli pietate secundus.*

Modest.

Lucan. 8. *Pharsal.* v. 385. *Et gens quæcumque virorum: idem fortium.* Tacitus de *Corbulo*, 11. *Annal.* cap. 11. *Formidolosum paci (inquit) virum insignem, & ignavo Principi prægravem.* Sic igitur Elcana dicitur *Vir*, non lexis discrimine, sed virtute, operum præstantia, atque doctum eminentia, *Virtute animi* Interlin. *Emphaticè, five antonomastice* v. 3. *Vir ille: quo sensu in Scriptura demonstratur animi præstantia.* Deuter.

Tacit.

Vir pro excellentia viri.

31. 6. *Viriliter agite: & v. 7. dicit Iosue Moyses: Confortare & esto robustus.* Hebr. *Esto vir: idem, fortis, à virtute.* 1. Reg. 17. 26. *Quid dabitur viro, qui percussit Philistæam hanc?* cap. 18. 17. *Tantummodo esto vir fortis & præhære bella Domini.* Quare ex fortitudine in Scriptura *Vir* sumitur pro milite, aut bellatore, cuius acceptiois testimonia obvia cuilibet. Haud in sensu roboris, seu virium corporis, sed duntaxat animi ornamenti, *Vir* dicitur Elcana: claruitque virtus, quum oblatum munus Iudicis Israël, promptè excusit; etsi fors in illum ceciderit. Magni utique animi, magna munera fugere. *Tantum ab ambitione Antistes debet esse sepositus* (dicitur in *Codic. Iustinian. lib. 1. tit. 2. cap. 31.) ut queratur cogendus, rogatus recedat, invitatus esfugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi.* Non secus refert Biblicus, quò supr. de Elcana. *Dixit: Non possam esse Dux super populum istum. Si peccata mea comprehenderunt me, ut supervolaret super me fors, ego me interficiam. Tunc Dominus: Scitote, quia Elcana non potest principari vobis, sed magis filius eius, qui nasciturus ex eo, ipse principabitur in vobis, & prophetabit. Nullus de filiis Phemene poterit principari populo; sed natus de sterili, quam dedi ei in uxorem, ipse erit Propheta in conspectu meo, & diligam eum, quemadmodum dilexi Isaac.* Fides penes Auctorem fit: at si verum, in nullo alio poterant magis nitere virtutis specimina, quam in tantæ repulsæ dignitatis. Quantum dignitatis omnis, quod fugit è caelo electus! Ostenduntur profectò dignorum dotes non possessione dignitatis, sed meritis. Hinc interrogatus Cato Censorius (uti in eo ait Plutarch.) *Cur in foro non habes statuas?* respondit: *Amplioris ducitur laudis, inquiri, quare non ponitur, quam quare ponitur.* Apophthegma insigne: ut erubescant perlicis quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est. Ita Tacit. in *Agricol.* cap. 40.

Codex Tullianus.

Dignus munere, qui se iudicat indignum.

Phil. Bibl.

Dignitas digitorum est, non habentium.

Plutarch.

Tacit.

Vir pro viri.

5. Homo & homo.

Sic loannes dicitur Missus homo à Deo. Homo scilicet, qui homo. Apollinarius: *Est sabeth nobiliter & verum genuit filium: verum virum à virtute, quasi qui sine virtute,*

vir fuerint, sed non veri. Intelligitur modò illud Apocal. 12. 5. *Properit filium masculam*, & apud Ieremiam 20. 15. *Puer masculus*: hoc est, puer pretiosus, insignis, de quo Nos Tom. 8. *Tautolog.* 7. Hac enim acceptione Elcana dicitur *Vir*: Regia Complur. *Homo*: addit Lyranus: *Per illum significatus est Christus, qui Luca 24. dicitur Vir potens in opere & sermone: bene dicitur Unus, quia nullus alius fuit, nec est, nec erit Deus & homo in una persona.* Quare Augustin. serm. 1. SS. *Innocent.* inie: *Unum queritis, & multos occiditis; & ad unum, qui unus est, attingere non potestis.* Floride Gregorius Magn. hic. *Vir unus.* Si uitas hæc referatur ad numerum, *superfluum videtur: unusquisque enim unus & non duo est.* De Iob dicitur, *Vir erat: & de Baptista patre, Fuit Sacerdos.* Nec ibi profertur, *Vir erat unus*, nec hic, *Fuit Sacerdos unus.* Quid est ergo (subdit Gregor.) quod electus Propbeta contra usum scriptorum, scribendæ tale cepit exoratum? Quod ergo de historia præter usum narrat historia, hoc ad usum Catholice fidei in intellectu loquitur allegoria. Unde & hæc nova consuetudine simul tota confitetur Ecclesia, *Quia Deus & homo unus est Christus.* Dicit ergo fuit *vir unus*, quia de Deo homine loquebatur: ut Deitatem eius & humanitatem assereret, & non aliam suscipientis Verbi, & suscepti hominis personam, sed Dei & hominis unam, eandemque esse, apertius demonstraret: qua tamen unitas ad excellentiam dignitatis eius referri convenienter potest: nam etsi Redemptorem alium sanctæ Ecclesiæ non habuit, ex virtutis ostensione viros nonnullos habuit, Dum ergo *Unus dicitur, incomparabilis demonstratur; nam æqualem non habuit.*

Secunda expositio.

Lyran.

Augustin.

Car christi vocetur Vir & unus?

Greg. Mag.

5. Vir, omisâ acceptione ministerij, cui vox iungitur, sicut *vir agri, aut pecoris*, pro agricola & pastore, de quo egimus *Tautolog. præced.* nam. 27. usurpatur interdum apud Profanos pro patre: Claud. in *Fescenn. Od.* 1. v. 40. canit, imitatus Martial. lib. 8. *Epigram.* 46.

Vir pro patre.

*Beata que te mox faciet virum,*

Claudian.

*Primi que sese iunget amoribus.*

*Felix que teneram vexabit sponsa maritum,*

Martial.

*Et que te faciet prima puella virum.*

Hæc metaphorâ acyrologice propter virtutem masculinam, de bestijs etiam vox auditur. Virgil. *Eclog.* 7. v. 6. *Vir gregis ipse caper.* Ovid. 1. *Metam.* fab. 12. *De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.* Manil. lib. 5. *Astron.* v. 32. *Vir gregis & Pontificior.* Martial. 1. *Epigram.* 110. de Catella Publ. *Dignum tam tenera viram puella: & lib. 3. Epigram.* 93. *Oleas, quod viri capellarum.* Etiam est Hellenismus, Theocrit. *Ephl.* 8. *O birco albarum capellarum vir!* In *Florileg. var. epigram.* Græc. lib. 3. cap. 14. *Epigram.* 14. *Vir tibi caprarum struendam mox stabit ad aram.* Frequens acceptio viri pro uxorato. Plautus in *Amphiteatr.* Actor. 2. scen. 2. vers. 181. inquit:

*Cur istud mi vir ex te audio?*

*Vir ego tuus sum? Ne me appella falso nomine*

Plaut.

*Siquidem hæc iam mulier facta est ex viro,*

Idem in *Casfn.* Act. 2. scen. 2. v. 29. Terent. in *Eunuch.* Act. 1. scen. 2. v. 74. *Perdole: viros: & in Hezr.* Act. 4. scen. 1. v. 40. *Non enim hominem ducerem, nec virum satisfirram.* Ovid. 1. *Metam.* fabul. 4. *Exitio vir coniugis, illa mariti, lib. 9. Fab. 10. Victa viri precibus.* Senec. in *Troâd.* v. 1038. *Et vir & Pyrrha.* Claudian. in *Epitbal.* Palladij, & Serenæ, v. 128.

Pro uxora.

*Tum dextram complexa viri, dextramque puelle.*

Claudian.

*Tradit, & bis ultra sancti connubia dictis,*

Hoc enim sensu possumus exponere *Fuit vir*: idem, quidam nobilis uxoratus. Ex textu claret non solum uxoratus, sed vigamus: habuit enim duas uxores: nomen uni *Anna*, & nomen secundæ *Phemena*: v. 2. Hæcine profectò acceptione intelligitur *Vir* in Scriptura. Matth. 1. 16. *Virum Mariæ.* Ioann. 4. 17. *Bene dixisti, quia non habeo virum.* Proverb. 31. 23. *Nobilis in portis vir eius, v. 28. Vir eius & laudavit eam: sicque alia.*

Tertia expositio.

6. Similiter voce *Unus* varæ acceptiones sunt. Intelligitur interdum de homine ignoto, qui sæpe dicitur *Quidam*, sed distincto sensu. Unde Gregor. lib. 5. in *Iob*, cap. 25. inie: *Stetit quidam.* *Quidam namque non dicimus, nisi de eo utique quem exprimere aut volumus, aut non volumus; sed qua mente hoc loco dicitur. Quidam exponi-*

Greg. Mag.

tur, cum protinus subinfertur: Cuius non agnoscebam vultum. Esti cognoscatur dicitur Quidam & unus; quoniam ille numerum hominum implet absque speciali commendatione hominum. Genes. 14. 13. Unus qui evaserat, nunciavit Abram: hoc est, Quidam, Exod. 2. 6. Misit unam de famulabus. 4. Reg. 6. 3. Unus ex illis. Ioan. 18. 26. Unus ex servis: cap. 19. 34. Unus militum: quasi miles gregarius. Denique lob, 2. 10. Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Etiam phraus Ethnicorum, Horat. 1. Satyr. 9. v. 71. Unus multorum. Plaut. in Trucul. Act. 1. scen. 2. v. 33. *Is homo, unusne amator?* Denique Sueton. in August. cap. 56. Unus de populo. Haud nisi in opposita significatione intelligendum est de Elcana Vir unus. Non unus vir, quasi quidam; sed emphaticè Vir unus. Quasi excellens, vel excedens. Si vir unus divisibilis non est, quàm Unus dicitur, viri eminentia notatur. Quare dum Syr. Guarin. & alij legunt, Quidam vir, Homo quidam, Historicorum usum sequuntur, indeterminatè, generaliter loquentium; priusquam demonstrent, de quo tot insignia ornamenta memorantur, ut vidimus, n. 3. Vir unus, q. d. inter illius civitatis, vel regionis viros insignes, quidam fuit eminentior, nomine Elcana: implicat igitur ignotum, quasi quidam, esse; & nomen illius dici, cuius expressione iam non quidam. Ly Unus non sequitur in numero cardinem, sed meritorum ac dignitatis ordinem; ita ut Unus sit idem ac primus, & principalis. Genes. 1. 5. Dies unus: cap. 48. 22. Do tibi partem unam extra fratres tuos. Daniel 10. 13. Michæl unus de principibus primis. Matth. 16. 14. Unum ex Prophetis.

Præposuisse hominem cunctis animantibus unum.

Mantuan. Accinit Bap. Mantuan. Eclog. 9. v. 158. Idem. Principem. Apud Profanos manus valida. Virgil. 6. Aeneid. v. 845. Tu maximus ille es unus: lib. 2. v. 426. Iustissimus unus, qui fuit in Teucris: & lib. 5. v. 704.

Unum Tritonia Pallas

Quem docuit, multaque insignem reddidit arte.

Virgil. Plaut. in Pœnult. Act. 5. scen. 2. v. 82. præut legit Meursius. Hospitem habeo unum, Antidona filium: idem, principem. In Captivo. Act. 2. scen. 2. v. 28. Genus unum est polens, atque honoratissimum. Exprimunt mentem, v. 69. Me summo genere gnatum. Alijs parco, ne sint fastidium.

7 Elcana ergo iuxta præfatam acceptionem dicitur Vir unus, insignis scilicet, ac principalis. Unus de primoribus: 2. Machab. 6. 18. Caietan. hic: Elcana vir non communis, sed augustus ab augmento opum & honoris. Opulentus enim erat & magnificus, primas inter primates; præstans inter proceres Ramacha, de quibus bene ac insigniter meritis, civium amorem concilians tam divitibus donis, quàm præclaris animi ornamentis, quibus erga cuncta sese prudentissimè gerebat, omnium respondens expectationi. Hoc utique sensu ibid. v. 5. de illo ascendente in Silo, ac dividente fercula in convivio dicitur: Anna dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat. Habebat duas uxores, Annam principalem; qua de causa dicitur: Nomen uni Anna, & nomen secunda

(non, alterius) Phenenna: explicitè prerogativa per vocem Uni, sicut in parte divisa, quæ dicitur etiam Una Rabb. Camius: Partem distribuit honorabiliorum. Chald. Elecliam. Maluend. Honorabilem, pretiosam, dignam aspectu, pulchram, speciosam, optimam; quæ hilaris vultu acciperetur. Hieronym. in Tradit. Hebr. signat Partem duplicem; quam Hebræi vocant Portionem unam facierum: holi est, portionem duplicem, cuius elongatione Elcana erga dilectam ostendebatur affectus; ut contigit in convivio Ioseph, Genes. 43. 34. Maior pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet. Quo liquet per ly Unam, intelligi primam ac principalem. Obiter nota quàm distum à veritate, quod tradunt Hebræi apud Hieronym. loc. cit. nimirum, partem illam, quæ Una vocatur, esse vestes novas & pretiosiores, quæ in usu tunc erant: ut demonstraretur viri dilectio gloriæ vestis singularis dilectæ uxoris. Nequit cogitatio tolerari, quippe pars illa electa, erat portio holtiz pacificæ, ut vel exco patet, astruuntque facti Expofitores: imò ipsi Rabbini. Ioseph, lib. 5. Antiq. cap. 11. inquit: De epulo partes. Philo Bibl. Fecerunt sacrificia pacifica, & epulati sunt. Dicit textus, v. 9. Surrexit Anna postquam comederat. Discrimen signatur Esth. 2. 9. Præcepit Eunuchis, ut accelleret mundum muliebrem. En vestes: & traderet ei partes suas: idem, fercula de mensa Regis Assueri, ut mos erat. Hac acceptione usi quoque Profani. Apulcius, Metam. 7. Ad puellam comiebat assidue, partesque subreptas elanculo, & prægrasatas à se potiones offerebat hilaris. Inculcat phrasem, lib. 9. 10. & 11. ibique Philipp. Beroald.

Verf. 5. Non dicatur in convivio partem unam dapsilam

Gen. 43: 34

Esth. 2. 9. Quæ partes

Apulcius

sub

subdit: Partes dicuntur adulorum in mensa, quas amoris testificandi causa, solent Principes convitiatoribus dare. Sueton. in Caligul. cap. 18. Equiti contra se avidius, hilariusque vescunt, partes suas misit. Græcè, Merides, & Clasmata. In rem nostram apertius Plutarch. in Sympos. lib. 2. cap. 10. In pierisque cœnis (inquit) dispersitæ erant partes, distributâ singulis suâ ex vicinis portione; quod quibusdam mirificè placebat. Micat iam per epuli partes, a nullo cordato intelligi vestes. Ergo in Tautolog. cursum.

8 Unus etiamnum usurpatur pro solo, idem, sine comparatione, est pluris eiusdem generis & ingenuitatis, virtutisque præcellentis. Sic unus pro unico, uti inter primos primas, & primus inter primores. Paulus cap. 5. ad Rom. utitur sapissimè huiusmodi voce; unumque, vocat Iesum-Christum. Si divisibilis unus non est, signatur eius excellentia super omnia & super omnes; quia ipse est ante omnes: qua de re dicitur, uti solus & unicus, Apocalypf. 17. 14. Dominus dominorum & Rex regum: idem, cap. 19. 16. & 1. Tim. 6. 15. Idem, excellentissimus, cum sit dominus omnium. Galat. 4. 1. Ut Ethnici præstantiam ostenderent, hoccine stylo usi sunt. Ovid. 13. Metamorph. fab. 1. De tot milibus unum. Cicero pro Cœlio, inquit: Cum vir inter viros esset: hoc est, inter viros emineretur ait Homer. 1. Iliad. v. 7. de Agamemnone: Atrides Rex virorum. Senec. in Thyest. v. 909. Regumque Regem. In Oeap. v. 242. Regi maxime Regum, Martial. 6. Epigram. 4. ad Domitian. Principumque princeps. Huiusmodi infania inolevit apud Monarchas Persarum & Parthorum. Plutarch. in Lucull. inquit: Tigranes sedet Rex Regum, qui tantâ potentia viget. Nec miraculum, Regem Regum dici, cui Reges ministrabant. Idem asserit in Pompeio, hunc in Epistola noluisse Regem Parthorum Regem Regum appellare, est hoc titulo plauderetur ab alijs Romanis, ut constat ex Sueton. in Caligul. cap. 5. quo in loco Philipp. Beroald. & Iulius Capitolin. in Constantio asserunt illi ita scripsisse saporem: Rex Regum Sapor particeps siderum, frater Solis & Luna, Constantio fratri suo salutem plurimam dico. Idem refert Pompon. Letrus in Dioclet. Sic ex retrò laculis illis Principibus arrogantia, ut liquet & sepulchro Cyri, quò huiusmodi epithaphium: Cyrus ego Rex olim Regum conditus hinc sum. Rident adulationem etiam Ethnici, & Levi cuspidè humane conditionis distillant utres inflati. Antigonus (refert Plutarch. in Apophthegm. Græcor.) cum Hermodotus cum in Carminibus, Solis filium appellasset; Non idem dicit, respondit, servas, qui lasanum portat. Sunt utique in miseria felices, miseriam nescientes.

9 Diximus in Prolog. Galeat. §. 4. num. 6. patrium nominis casum iunctam cuiuslibet eiusdem vocis, assignare in ea linea excellentiam, ac præstantiam; sæpeque, maxime apud Hebræos, qui superlativis carent, pro superlativo sumi, ut constat testimonij nam. anteed. Similiter dum suppositum necessarium exprimitur, vox illa non accipienda pro supposito, sed pro eminenti notione sat utique, si diceretur, Fuit Vir: dum additur Unus, excellentiam profectò viri præ se fert vox; necessarium sanè, si vir, quòd esset unus. Vir erat Elcana; at vir ille, estò alij essent, præstantissimus erat; vel solus, aut unicus inter viros præstantiores. Homer. 16. Odyss. v. 117. Solum, quasi singularem fecit Iupiter. Plaut. in Milite, Act. 2. scen. 2. v. 120. Nostrorum solus: in Casin. Act. 2. scen. 6. v. 7. Te uno adest, plusquam ego volo. Terent. in Andr. Act. 5. scen. 6. v. 9. Solus est, quem diligant Dij. Virgil. 4. Aeneid. v. 19. Huic uni. Ovid. 10. Metam. fab. 9. Elige Myrrha virum, dum non sit in omnibus unum. Senec. in Hippolyt. v. 575. Unus puer: ubi Del. Præclarus, eximius, ut ingenium unicum, elogium unicum, iuxta illud Turpilij: Homo est unica natura & singularis. Senec. de Brevit. vit. cap. 15. Hac una ratio est extendenda mortalitati, imò in immortalitatem vertenda. Plin. lib. 2. cap. 107. Huius unius elementi ratio: & lib. 11. cap. 37. de cerebro & calvitio inquit: Uni hominum infantia palpitat. Calvitium uni tantum animalium homini innotum. Petron. in Satyr. fol. 81. Unus etiam dux & magister severitia: demum Cicero. 2. ad Attic. epist. 19. Unus homo nobis. His testimonijs splendet virorum præstantia; quæ à Virgilio solet exprimi Epizeuxi, seu Palliologia: 10. Aeneid. v. 692. Omnibus uni, uni viro: idem, unice illi, vel illi soli; quod ostendit, lib. 11. v. 220. Solumque vocari, solum: & lib. 12. v. 466. Inlequitur solum, solum in certamina poscit. Hanc distinctionem inter unum & unum, & quoad numerum, & quoad præstantiam, expressit Plutarch. in Pelopid. inquit: Cum pugnaret Callieratidas, unus erat: sed profectò Dux omnium cum esset, omniumque totius exercitus potentiam suscepisset; nec unus, nec solus erat. Unde in proposito nostro, Elcana dicitur Vir unus, quasi solus, singularis & unicus, inter maiores viros maximis elatus dotibus.

Beroald. Sueton.

Rom. 5. 17. Coloss. 1. 27.

Unus pro excellentissimo incomparabili.

Plutarch.

Fatuitas regum Persarum. Iul. Capitol.

Insularia pueri. Plutarch.

Suppositum necessarium non profusivo, sed pro præstantia. Suppositio.

Unus pro unico.

Plin.

Epizeuxis.

Quinta expositio.

Pote

10 Poterit etiam *Unus* delicari, quasi homo verax, aut verus, quem Nostates dicunt, *Hombre real*: non duplicis cordis, aut bilinguis, stabilis in iudicio, à quo removeri haud possibile nec prece nec pretio: equidem *vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis*. Quare Seneca, *Epist.* 120. ait: *Magnam rem puta, unum hominem agere*. Sic Elcana vir unus, non per diversa mobilis, & instabilis; sed firmus atque inconstans persistebat. Quare Bernard. 5. de *Consider.* cap. 8. n. 18. subdit: *Est unitas potestativa, quia homo virtutis non est instabilis, non dissimilis; sed unus sibi semper nititur inveniri*. Origines hic *Homil. unic.* inquit: *Vir unus, quia unusquisque nostrum non est unus, sed est multi: ille qui putatur unus esse, non est unus; sed tot in eo persone videntur esse quot mores*. Rectus erat corde. *Vir simplex & rectus*, uti dicitur de Iob, cap. 1. 1. Hebr. *Vir unus, absolutus, integer*: iudicio scilicet & animo; iuxta illud Horat. 1. *Carm. Od.* 1. v. 1. *Integer vita, scelerisque purus*. Unum sepe invenitur pro vero. Iob. 9. 22. *Unum* (verum, scilicet) *quod locutus sum: & innocentem & impium ipse consumit*: cap. 31. 15. *Formavit me in vulva unus*. Psalm. 48. 3. *In unum dives & pauper*: idest, verè. Ezech. 34. 23. *Suscitabo super eas pastorem unum*: nimirum, pastorem verum. Sic alia. Etiam apud Ethnicos. Euripid. in *Ion.* v. 382. *Unam felicitatem vix unquam invenies aliquis homo*. Ovid. 2. de *Art.* v. 501. *Qui sibi notus erit, solus sapienter amabit*. Petron. *Metr.* 19. v. 170. *Unum crimen vocat*. Senec. nervosè & floride, *Epist.* 76. *Unum bonum est in homine, quod unum hominis est*: idest, verum bonum, quod proprium hominis, ratio & virtus. Aliter quod fallax nec unum, quippe non verum. *Nec unum in uno*: ait Senec. in *Tyeste*, v. 31. *Martial. lib.* 1. *Epigr.* 69. *Navia non una est*. Terent. in *Andr.* Act. 1. scen. 1. v. 50. *Unus & item alter*. Econtra autem qui verax ibid. v. 55. dicit: *Egom et continuò mecum*: & Plaut. in *Bacchid.* Act. 2. scen. 2. v. 29. *Imò unicè unus*. Difficile est, quod homo sit semper idem, ubique par sibi, & semper ipse; quippe nunquam in eodem statu permanet. Culmen hoccine ascendit Elcana, igitur uti verax fuit *vir unus*, semper idem & ipse, parque sibi: qua præclara conditione, & indole plandeatur à cunctis unicis, præstantissimus & perfectissimus.

11 Hinc planum pervenitque iter in celebre Salomonis testimonium. *Una est columba mea*: idest, Sponsa mea, dicit per symbolum, ut notat Sanctius in cap. 2. *Cantic.* num. 58. observat Pier. Valerian. lib. 22. *Hierogl.* cap. 1. canique Propert. lib. 2. *Eleg.* 15. v. 27.

*Exemplo iuncte tibi sint in amore columba Masculus, & lutum femina coniugium.*

Martialem ad lib. 12. *Epigr.* 66. & Plin. lib. 10. cap. 34. *Una est columba mea, perfecta mea: una est matrisua, electa genitrici sua*. Filiam Pharaonis primam & primariam uxorem alloquitur Salomon. Aptius sit apostrophe in Virginem Matrem. Hæc verè electa, una & unica; quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Sola sine exemplo. Vide Sedul. lib. 2. *Carm.* à v. 70. *Una est sola mater-virgo*: ait Clem. Alexand. 1. *Pædrg.* cap. 6. Petiverat (ut videbimus fusè) osculum virginittatis & fecunditatis, ut in gremio eius fœdera pacis haberent, quæ nonnunquam discordes extiterat. Confule Novarin. in *Umbra virg.* excurs. 2. num. 87. Hac de causa non dicit, quod humanitas Christi in unionem hypostaticam: *Osculetur me ore suo*, sed *osculo oris sui*: igitur si osculum Patris & Filij Spiritus-Sanctus est (de quo intrâ) Spiritus-Sancti specialissimâ gratiâ supervenientis in illam; sola Virgo pulchra, & pulchra tota: etenim fil pulchra, quia virgo; quia virgo & mater, tota pulchra, atque perfecta; cum nil sit ultra. Magnum, quod pulchra; maius, quod tota; sed maximum, tota pulchra, & una perfecta, quippe Virgo singularis illa sola.

12 *Una est columba mea*, &c. inquit Salomon de filia Regis. Tamest è cunctis vicinis regionibus Reginæ & pulcherrimæ aherent coniugis focis, virginæque formâ comitantur eleganti; illa ita venustatis gratiâ excellens, ut pulcherrimam, velint nolint, prædicant, dicentes: *O pulcherrima mulierum!* *Cantic.* 5. 9. Ideo *una*, hoc est unicis; quia eius forma pro omnibus, imò præ omnibus emicabat. Plures pulchræ, & quia pulchræ in gynæceum retractæ: at illa, quæ indivisibilis, dicitur *una* inter plures; quoniam venustate, formæque singulari, sic allexit cor Sponsi; ut unica in eius affectu videretur & esset. His ferè vocibus exprimitur altimatio erga pulchritudinem dilectam, quasi erga singularem venustatis præcellentis elegantiam. *Una* (subditur) *matrisua*: hoc est, focui, ut diximus, *Tautolog.* 2. num. 3. *Electa genitrici sua*, Idem est *Electa* &

Senec.

Bernard.

Iob. 1. 8.

Unus pro vero aut vere.

Iob. 31. 15. Ezech. 34. 23.

Sexta expositio.

Cant. 6. 8. Columba conubij symbolum.

Propert.

Clem. Alex.

Maria per Seta pulchra, quia mater & virgo.

Cant. 5. 9.

Cap. 6. 8. Quomodo electio ex uno tantis

*Una*. Unum eligi non potest diciturque una & electa; quoniam inter eximias pulchritudines electa uti unica & singularis. Utriusque incomparabilis gratia conciliavit amorem, quippe perfecta. *Una ipsa matrisua, pura ipsa genitrici sua*. Maluend. Dilectionem ab utraque haussit mira elegantia & allectrice forma; ita ut visa iterum atque iterum, ut fatiarentur, quin satiari possent; iterum atque iterum videre cuperent. *Revertere revertere Susannitini: revertere revertere, ut instuamur te* libid. v. 12.

13 Si ob præclaram, amoenam speciem, foeminarum rapiebatur affectio, quantum vulvius in Sponso? Haud mirum, quod illam Unam diceret, quæ singularis in cunctis, in singularem rapiebat amorem. Ita *Una* hic pro singulari ac sola accipiendam. Altraet cogitationem magna fruges Ethnicorum. Plaut. in *Menachm.* Act. 1. scen. 31. v. 19. *Capte tibi hanc: una meis moribus*: in *Milit.* Act. 4. scen. 6. v. 17. *Segregat omnes, extra te unam*: in *Afinar.* Act. 3. scen. 1. v. 18. *Unam vidi mulierem*: in *Truculent.* Act. 1. scen. 2. v. 84. *Te unam ex omnibus amat*. Virgil. 1. *Æneid.* v. 19.

14 *Quam uno fertur terris magis omnibus unam coluisse*. Ibid. v. 333. *Nympharum sanguinis ana*: lib. 11. v. 586. *Chara mihi, nunc una mearum denique in Giriti*, v. 18.

15 *Quod si non aliâ poteris ratione parentem Electere, sed poteris: quid enim non unica possis?* Ovid. lib. 15. *Metam.* fab. 38. 1. de *Art.* v. 44. etiam lib. 3. v. 561. & *Epist.* 19. v. 351. *Una est que reparat, seque ipsa refecinet ales*. *Elige, cui dicas, Tu mihi sola places*.

16 *Te solum noris, tibi semper inhæreat uni*. *Nisi quid tibi iungerer uni*. *Martial. lib.* 12. *Epigr.* 88. *Taridomque puella, Una est*. Senec. in *Thebaid.* v. 89. *Unica sua*. Propert. lib. 1. *Eleg.* 1. v. 1. *Eleg.* 13. v. 19. & lib. 2. *Eleg.* 11. v. 55.

*Gynhbia prima suis miseram me cepit ocellis, Una meo quoniam prædatis est femina sensus. Nec miram: cum sit love digna, & proxima Leda, Et Leda partu gratior una tribus.*

Parsim utitur hæcine phrasè Petronius, & etiam Apuleius. Iovian. Pontan. in *Uran.* lib. 3. modulatur de Venere, à love sic plausa: *Una, interque Deas, & formosissima Nymphas. Una & forma, una & Choris, & carmine princeps, Et mihi felices inter charissima natas.*

Symphosius denique fucit, *Ænigm.* 83. *Una mihi soror, plures licet esse putentur.*

14 Phoenix ergo erat Sunamitis, quæ unica & rara cor rapit Sponsi Salomonis prærogativa singularis venustatis: dicta, plausaque fuit *Una*; quia collecta in se tenebat, quæ alias felices efficiebant divisa. Aptè Ioann. Souf. lib. 4. à v. 52. *Pectore charus amor divini Numinis: in te Quicquid adest alijs pulchræ virtutis, & omne Sincera pietatis opus, componitur una.*

Ita *unicè dilecta*, ut aliò dicit Tacitus, 15. *Annal.* cap. 63. & Virgil. 4. *Æneid.* v. 421. *Solam te colere*. In mulcimen amoris à Sponso dicitur *Columba mea*; sicut illa in expressionem fidei, cap. 1. 16. *Dilectè mi*. Theodor. *Nepos mi*. Maluend. *Chare mi*: & v. 13. & 14. *Fasciculum myrrhæ, botrus Cypri*. Sic igitur vicissim inter amafios, ut gliscat dilectio, auditur: Gaudium meum, amor, anima, vita, mel meum, optabile philtrum. Proverb. 5. 19. coniuæ dicitur *Cerva charissima*. Maluend. *Cerva amorum & gratiæ*. Virgil. 4. *Æneid.* v. 17. *Primus amor*: & 8. v. 581. *Mea sola voluptas*. Ovid. *Epist.* 19. v. 25. *Fraus mea*. Plaut. in *Bacchid.* Act. 1. scen. 1. v. 50. *Mea rosa*. Souf. quò nuper: *Charus amor*. Siccine & alia, quasi illecebæ cordis; unde, nescio quis, pulchrè de oculis sponsæ inquit:

*O augustissima fideral O charissima lucel! Flagrantissima lampadè Nitidissimi Soles, Felicissima faces.*

Tom. 2. Haud

Maluend.

Unum pro singulari

Virgil

Idem

Ovid

Propert

Iov. Pont

Symphol

Souf.

Tacit

Mulcimina anathilum verba blanda. Proverb. 5. 19.

Haud fecus Sponsa Una est, quia unica est. Multa congregaverunt venustatis divitiis hæc supergressa est univerfas. Ideo specialis & Una ob pulchritudinem; ita ut præ illa etiam pulcherrimæ nequeant habere nomen. Detorqueat Propertias, lib. 3. Eleg. 8. v. 35.

Propert.

Gaude, quod nulla est æquæ formosa. Dolores.

Si qua foret: nunc sis iure superba licet.

Cant. 4. 7.

Quid sit pulchritudo?

Cicero.

D. Thom.

15. Verum inquirendum, unde Sponsa singularis dilectionis? Dicit Sponsus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Seylo Hebraico: Totum tuum pulchra: toto tui pulchra. Pulchritudo, iuxta Ciceronem, 4. Tuscul. qq. est quadam apta figura membrorum cum coloris naturali suavitate. Iuxta D. Thom. 1. p. q. 39. art. 8. & 2. 2. q. 145. art. 2. ad pulchritudinem tria requiruntur: primò integritas, sive perfectio; & debita proportio, sive consonantia: & iterum claritas. Unde que habent colorem nitidum, pulchra esse dicuntur. Idem asserit Dionys. Areopagit. de Divin. nomin. cap. 4. Quare pulchritudo est forma resultat ex debito ordine partium secundum se; ut ait Pavon. in Theolog. natur. p. 2. distinct. 6. n. 3385. & Suaris, Metaph. disp. 42. sect. 3. Ita ergo Sponsa non solum pulchra erat, sed: tota pulchra; quia in omnibus concinna omnia, ex quibus species plenissimæ pulchritudinis. Per membra miratur primò, describens Sponsus oculos, capillos, dentes, labia, genas, collum, ubera; præmittens, v. 1. Quam pulchra es amica mea! Quam pulchra es! que palliogia exprimit stuporem admirantis, exponiturque per interiectum v. 2. O quam pulchra es! vel per adverbium, q. d. Proculdubio pulchra es: vel per emphasim superlativum efformantem: scilicet, Pulcherrima es!: de quo egimus in Prolog. Galeat. §. 4. n. 3. 4. & 5. Qui singula plaudit Amasius, modò habitudinem partium cumulativè considerans, quasi extra se raptus, admirabili venustatis specie; astruit epithemiatem pro coronide: Tota pulchra es, & macula non est in te. Propert. lib. 2. Eleg. 2. v. 5. Maxima toto corpore. Virgil. 1. Aneid. à v. 593.

Et pulchritudo tota est?

Palliogia.

Emphasia.

Virgil.

Idior.

Ex quibus consistit?

Euripid.

Catull.

Os, humerosque Deo similis: namque ipsa decoram Cesariem nato genitrix, lumenque iuventa Purpureum, & letos oculis afflarat honores. Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo Argentum, Parisiæve lapis circumdatur auro.

Unde ex his verbis Idior. lib. 10. Etymolog. in Alphabet. liter. P. insit: Pulchritudo hominis aut in vultu est, ut Os, humerosque Deo similis: aut in capillis, ut Namque ipsa decoram cesariem: aut in oculis, ut Letos oculis afflarat honores: aut in candore, ut Quale manus addunt ebori decus: aut in lineamentis, ut Te multò plus figura & lineamenta hospitis delectabant: aut in proceritate, ut Turnus vertitur in medijs, & toto vertice supra est. Euripid. in Medea, v. 1070. O manus, & mihi charissimum os, & species & vultus! Homer. 18. Odyss. v. 248. Specie, magnitudine & mente præstas mulieribus. Plus, magisque Sponsa electa & dilecta; quippe haud his vel illis, sed tota pulchra. Sensus invenitur apud Catull. Epigram. 87.

Formosa est: qua cum pulcherrima tota est.

Tum omnibus Una omnes surripuit Veneres.

Ita profectò unicà singulari specie, tota pulchra, uti perfecta venustate formæ in regiami Salomonis ingreditur Sunamitis. Dicere possumus ex Claudiano, in Nupt. Matræ & Honor. v. 262.

Claudian.

Quamvis aliena fuisses Principibus, regnum poteras hoc ore mereri. Qua propior sceptris facies? Quis dignior aulæ Vultus? Non labra rosa, non colla pruina, Non crines æquant viola, non lumina flamma, Auroræ vicinis digitor, humerosque Diane: Dotati potuit cæsum signare coronâ.

Cicero.

16. Hæcine in textus expositionem opportunè grata, sed cogitanda aptiora; ut eluceat cur plaudatur Sponsa tota pulchra. Pulchritudo in viris (inquit Cicero, 1. de Offic.) est dignitas, in feminis venustas. Est namque pulchritudo in utrisque, sed debet esse in philtrum amoris, seu æstimationis, simul pulchritudinis forma, quæ dicitur Gratia (Græc. Charites) quæ omninò formæ formæ pulchritudinis; sine qua nulla pulchritudo etiam quæ maxima respectu partium habitudinis, quoniam hæc pulchritudo pe-

nitus forma deformis. Hæcine gratia est decor formæ, atque in suavitatem oculorum & animæ allecetricem, elegancia speciei. Hispan. Belleza. Unde Cicero, loc. cit. subdit: Venustas est gratia pulchritudinis: quo sensu Plaut. in Miles. Act. 4. scen. 1. v. 13. dicit: Pulchram pulchritudinem: & scen. 2. v. 63. Pulchram pulchre: in Mostellar. Act. 1. scen. 3. v. 5. Ob Venus venustas! pro forma gratiosa, seu pulchritudine amena; sicut in Asinar. Act. 3. scen. 3. v. 86. & in Curculion. Act. 4. scen. 2. v. 35. I bella bellè. Illa alia apud Theocrit. Edyl. 16. v. ult. quæ pulchra & speciosa operat, Utinam semper sim cum Gratijs! & de Elena, Edyl. 20. v. 37. Cuius omnes in oculis Amores sunt. Haud alienum à facta pagina: igitur Psalm. 44. 4. dicitur, Specie tuâ & pulchritudine tuâ: Species enim est venustas pulchritudinis, & pulchritudo concinnitas elegantium membrorum. De Esther dicitur, cap. 2. 7. Pulchra nimis, & decora facie: de Rebeca, Genes. 24. 16. Decora nimis, virgoque pulcherrima: de Sponso Amaia, Cantic. 1. 16. Pulcher & decorus. Venustas ergo est virtus decoris in mulcimen. Unde Psalm. 29. 8. Pulcher & decorus. Venustas ergo est virtus decoris, ut oculi traherentur decore, qui immobiles dicitur: Præstitisti decori meo virtutem, ut oculi traherentur decore, qui immobiles pulchritudine. Gratia iithac, quæ in viris maiestas, signatur, 2. Machab. 15. 13. concinnitas decoris: Virum gloriâ mirabilem, & magni decoris habituine. Pulchritudo herelè grata: verum ut 5. Aneid. v. 344. canit Virgilius:

Grator & pulchro veniens è corpore virtus.

Quam quidem feminæ cognoscentes abesse, student etiam procaciter fieri. Notat Ba. Virgilii priista Mantuan. Edog. 4. v. 224.

Nec formæ contenta suæ splendore, decorem Auget mille modis mulier: frontem ligat auro, Purpurat arte genas, & collocat arte capillos: Arte regit gressus, & lumina temperat arte.

17. In quo sit pulchritudinis hæufcemodi pretiositas; multi scire, aliqui dicere conantur, sed rem acn non attingunt. Inter ista solam certum, nihil esse certi: possunt dicere cum Plinio, lib. 2. cap. 7. Catull. Epigram. 86. pulchritudinem fastidians, & venustatem pulchritudinis amans, secum loquens, insit:

Odi & amo: quare id faciam, fortasse requiris: Nescio, sed fieri sentio, & excrucior.

Offendit Halicarnassensis, lib. 11. Antiq. Rom. loquens de Verginea, arte insidiatoris & simul iudicis Apj Claudij, ante tribunal sitente. Ei (inquit cap. 23.) supra hominem aderat forma quadam & gratia formæ. Fatetur esse, sed nescisse quid esset, etsi videris; quippe pulchra visa placent, quia placet pulchra. Haud aliam causam expressit Samson, obijcientibus genus Philistæ ab illo ducendæ. Fateor ista, sed nihilominus illa dudenda, quia placuit oculis meis. Iudic. 14. 3. Interrogatus Aristoteles, Cur pulchrum amabile? respondit: Solus cæcus potest inquirere. Vide Erasim. & Plutarch. in Apophth. Terentius in Eunuch. Act. 3. scen. 5. v. 18. Quam elegans formam spectator! Primam virginem dices, scio, si videris. Oculi sunt in amore duces: idem dicitur de Adultero, Cum vidiisset Esther, placuit oculis eius. Optimè quidam ex nostratibus cecinit:

El no sé qué de lo lindo Tiene un oculto primor; Que los ojos lo conocen, T no alcanza la razon.

Illà suavitas ac pretium pulchritudinis, quæ perfectionis est summitas, apud Latinos dicitur festivitas, lepor, splendor, gratia: Vernaculè: Sal, ayre, donayre, garbo, gracia. Sapho apud Ovid. Epist. 21. v. 32. appellat Ingenium formæ. Theocrit. Edyl. 20. v. 21. Grata quadam forma. Tacit. 13. Annal, cap. 45. Forma gloriam. Plaut. in Mostellar. Act. 1. scen. 3. v. 17. Virtutem: unde Amasius subdit:

Virtute formæ id evenit, te ut deceat, quicquid habes.

Hinc olim non quæ pulchra, sed quæ scitula formâ, celtum Veneris habere dicebatur; in quo, ut inquit Homer. 14. Iliad. v. 215. omnes Veneres, quæ lupiter in amore conciliandus. Sic vertit Natal. Comes, lib. 4. Mytholog. cap. 13.

Lorum cesti de pectore solvoit, In quo blanditiæ plures, mortalia corda Mulcentes, inerant: sermo iucundus, amores, Gratia, quæ mentem falsâ dulcedine fucat.

De hoc baltheo, sive zona videris Angel. Politian. Miscellan. cap. 11. & Martjal. lib. Tom. V. Q 2

Discrimen ornatus & pulchritudinis.

Psalm. 44. 4.

Esth. 2. 7. Cant. 1. 16.

Mantuan.

Plin.

Catull.

Agnoscat oculi.

Terent.

Quid sit vti iustas?

Quid esset Veneris?

Natal. Comes

Eximia pul 14. Epigram. 206. Eximia pulchritudo sine gratia, non venusta: iccirco fictam, cum  
Gratijs Venerem natam, de quo Charar. de Imagin. Deor. fol. 3. 43. Si gratia adest, vel  
me gratia sua fultidia exofa placent. Ita Ovid. quod nuper, v. 22. exclam ar.

Ovid. O facies oculis insidiosa meis!  
Econtra cu Theocrit. Edyll. 6. v. 19. Non pulchra, pulchra sunt visa. Claudian. de Nupt. Mariae &  
salsi fusti Honor. v. 104.

Claudian.

Dat varios nexu, & inso dividit orbes  
Ordine, neglectam partem studiosa relinquens:  
Plus error decuit. Speculi nec vultus egebat  
Iudicio :: rapitur quocumque videt.

Erasm.

Vel in rebus inaninis notatur charitum defectus: unde Apelles plaudens opus insignie  
miraculum artis; dixit Eximium & summum, sed sine gratia, quam si haberet, profecto  
immortalitate dignum: de quo Erasim. in Apophth. lib. 8. p. 10.

Que vera  
pulchritu-  
do.

Plotin.

18 Hac ne gratia in pulchritudine, profecto minime est corporalis, et si inhæreat  
corpori. Oritur ex anima: ideoque venustas pulchritudinis non est proportio, ut partium  
symmetria; sed gratia, aut lepore ex plurium concinnitate coarctans: Cuius radios  
ex anime claritate vibrantes interior percipit oculus: ait Plotin. apud Coel. Rhodig. 16.  
Leff. antiq. cap. 2. 4. Hoc enim proprie cor rapit, quippe per lumina pectus ferit.

Lucret.

Mens providit: constat imago.  
Ego animus cum sese ita commovet, ut velit ire,  
Inque gredi; ferit extemplo, que in corpore tota  
Per membra atque artus anime disita vis est.

Qualitas  
pulchritu-  
dini in cor-  
pore, an cor-  
poralis, vel  
spiritualit

Catull.

Accinit Lucret. 4. de Rer. natur. v. 886. Arbitror ergo huiusmodi pulchritudinis qualitate  
esse spiritalem, resultantem ex anime splendore, tanquam a corporis virtute &  
forma: igitur cum anima spiritalis sit, in corporis materiam quandam radium sui decoris  
atque nitoris transfundit; sine quo anima formæ, quæ speciositas, apparet inani-  
mis, & deformis. Sine hac munditia ac lepore dicit Plaut. in Pœnul. Act. 1. scen. 2. v. 36.  
Mulieres sunt insulsa & invenusta. Catull. ad rem, Epigram. 87.

Plaut.

Quinta formosa est multis: mibi candida, longa,  
Recta est: hæc ergo sic singula confiteor.  
Totum illud formosa, nego: nam nulla venustas,  
Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Cant. 1. 5.

Cum gratia vel ingrata pulchra, quippe in illis salis venustatis mica: qua de causa apud  
Plautum in Bacchid. Act. 5. scen. 2. v. 50. quandam invenies Lepidam illepidè: & apud  
Martial. 3. Epigr. 91. Insignis formæ & nequitiâ: equidem est ingrata fastidio nequi-  
tiæ, optabilis tamen venustate insignis formæ. Lepore sanè vel imperfecta pulcherrima.  
Propterea Sponsa, priusquam in gynæceum introduceretur, dixit: Nigra sum, sed  
formosa: Cant. 1. 5. Nolite me considerare quòd fusca sim. Adest lepidè venustissima  
gratia.

Virgil.

Vaccinia nigra leguntur.

Cant. 4. 1.

19 Ita ergo totum pulchritudinis, quippequam sine venustate nihil totum, uti in-  
sulfum. Pulchra Sponsa erat, ut pulcherrima mulierum. Pulchra, dum singula cernit,  
seque probat: sicut canit Claudian. quòd supr. v. 108. ideo stupet Amasius exclamans:  
Quam pulchra es, quam pulchra es! At modò: Tota pulchra es, quia illa pulchritudo lepi-  
da, lapida, speciositas festiva, forma amœna, ac elegans gratia, resulstante tanquam  
ad anime splendore, virtute decoris, atque decore in materia, totius anime virtute.

Pulchritudo  
venusta.

Sueton.

Opportune Lucretius, ubi dudum, v. 1159. Chariton, tota merum sal. Lambin. ibid. Una  
Gratiarum. Plaut. in Epidic. Act. 1. scen. 1. v. 41. Formæ lepidâ & liberali: qua Lepida  
tota est; uti subdit in Mostellar. Act. 1. scen. 3. v. 12. Nostro proposito ad amulum Suet-  
on. in August. cap. 79. Forma eximia & venustissima, quamquam & omnis lenocinij  
negligens: defectu cuius venustatis, estò pulcher, sexus Nero. Unde in eo, cap. 51. di-  
cit: Vultu pulchro, magis, quam venusto. Pulchra erat & etiam venusta Sponsa, quo  
tota pulchra:

Petron.

Gutturâ nunc alia magnis monilibus ornent,  
Aut gemmas aptent capiti: tu sola placere  
Vespoliata potes. Nulli laudabile totum:  
In te cuncta probat, si quisquam cernere possit.

Uti inquit Petronius, 1. Fragment. Satyrici, v. 13. Super cunctarum seminarum pul-  
chri-

chritudinem præstat Amasæ speciosa; quia tota pulchra: ita, ut alii sit Angelica, ex-  
cogitari non possit species ornatio, & pulchritudo venustior. Idem ibid. à v. 1.

Speciositas  
Sponsæ in-  
comparabi-  
li.

Candida sidereis ardescunt lumina flammis,  
Fundant collarosas, & cedit crinibus aurum.  
Millea purpureum depromunt ora ruborem,  
Lactea que admixtus sublimat pectora sanguis:  
Ac totas tibi seroit honor, formæque Deorum  
Fulges & Venerem caelesti corpore vincis.  
Argento stat facta manus, digitisque tenellis  
Serica fila trabens pretioso flamine ludis.  
Planta decens modicos nescit calcare lapillos:  
Ipsa tuos quum ferre velis per lilia gressus,  
Nulli sternuntur leviori pondere flores.

Idem.

20 Forma itaque qua venustate, vel dignitate (superior, tam in viris, quam in fo-  
eminis, olim dicebatur Superhumana, utpote admirabilis, Halicarnass. ubi Iustin. 17.  
Pulchritudo virginis ocalorum rapiebat ad se aspectus omnium: adeo ei supra hominem  
forma aderat quadam, & gratia forma. Virgil. 1. Aneid. v. 331.

Halicarn.

O quam te mimorem virgo! namque hæud tui vultus  
Mortalis: nec vox hominem sonat. O Dea certè  
An Phœbi foror, an Nympharum sanguinis una?

Virgil.

Catullus, Epigram. 70. Mortalis visus pulchrior esse Deo. Senec. in Octavia, v. 171. Mem-  
braque & vultus Deo similes. Eodem intuitu Ovid. 2. Fastor. v. 397. & Calphurn. Eclog.  
7. v. 83.

Pulchritudo  
eximia, cur  
caelestis?

Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago,  
Nescio, quem t vobis suspicor esse Deum.  
Et nisi me decepit visus, in uno  
Et Martis vultus, & Appollinis esse putavi.

Calphurn.

Sic frequenter plausa admirabilis forma. Plutarch. Sympol. lib. 8. cap. 1. de Platone  
inquit: Hæud hominis, sed sicut esse videtur Dei: in Casib. comparat. Græc. & Rom. n. 1.  
Polizelus cum speciem humana augustiorem confixerisset; visum amissit. Marc. Senec. 2.  
Controo. lib. 1. Altior humana visa est species eminere. Sapè Homerus utitur phrasè,  
sicuti 18. Odys. v. 207. & 301. de Penelope dicit: Divina mulierum. Constat etiam ex  
sacra pagina, de pulchritudinis venustate, & formæ augustæ commendatione, huiusmo-  
di Ethaicorum sensus. Daniel. 3. 92. Species quarti similis filio Dei. Act. 6. 15. de Ste-  
phano, Viderunt (dicitur) faciem eius tanquam faciem Angel. Idem inculcat, 1. Reg.  
29. 9-2. Reg. 14. 17. & Esai. 15. 16. Quare de Iudith, cap. 10. 4. astruit: Cui Domi-  
nus contulit splendorem: ideo hæc in illam pulchritudinem ampliavit; ut incomparabili  
decore omnium oculis appareret. Hæud aliter visa Sponsa, quia tota pulchra, Angelica  
caelesti formæ: ideo admirabilior; quia gratia speciositatis Angelicæ naturæ propria, emi-  
nebat in humana. Reflectendus Propertius lib. 3. Eleg. 3. à v. 25.

Dan. 3. 92.

Indith. 10.

Propert.

Hæc tibi contulerunt caelestia munera Divi:  
Hæc tibi, ne matrem sortè dedisse putes.  
Non, non humani sunt partas talia dona,  
Ista decem menses non peperere bona,  
Gloria Sionis ana es tu nata puellis.

Propert.

Apta sanè Sponsa: verum aptiora Maris, benedicte inter mulieres. Unde Hugo V. & O-  
rin. serm. de Conception. subdit: Totum quod in te est, pulchrum est; & nihil inest tibi, quod  
non sit pulchrum. In toto gnata; in nullo ingrata. In toto places, in nullo displices. Tota  
pulchra es: pulchra per naturam; pulchra per gratiam, pulcherrima spes per gloriam.

Maria pul-  
chritudo.

Hug. Vic.

Epitafius semper subintelligenda est, ubi tautologico stylo aliquod proponitur  
argumentum: sicque hoc schemate astruit Salomon venustatem Amasæ. Tota pulchra  
est, & macula non est in te. Superflua videtur secunda periodus: igitur modò  
aliqua intercederet macula; quanvis Sponsa esset pulchra, non esset tota. Hicine  
stylus exegeticus, vel exergaticus, quasi primæ sententiæ expositivus; sumpto & pro  
Quia, vel Eò quòd, particulis rationalibus. Psalm. 59. 3. Deus repulisti nos, & (quia)  
destruxisti nos. Psalm. 148. 14. Super caelum & terram & (eò quod) exaltavit, &c.  
plura obvia: vide dicta, Tom. 1. Tautolog. 6. n. 38. Similiter in presentiarum. Tota  
pulchra es, & (quippequam) macula non est in te.

Cant. 4. 7.

Exergaticus,  
Et pro Quia  
vel eò  
quòd.

Horat.

Nam vitis nemo sine nascitur : optimus ille est, Qui minimis urgetur.

Ut inquit Horat. 1. Satyr. 3. v. 68. Hinc profectò amplior fors secunda Salomonis, Sponsa ita venustate, ac pulchritudine ornata. Dicere quibat ex Propertio, lib. 2. Eleg. 22. v. 17.

Propert.

Unicuique dedit vitium natura creato: Mi fortuna aliquid semper amare dedit.

Aliquid pro eximia.

Aliquid dicit emphaticè pro Eximiam, vel multum; ut ibid. Eleg. 26. v. 27. Theocrit. Edyl. 11. v. 79. & Edyl. 15. v. 99. Aliquid præclari. Plaut. in Curcul. Act. 2. scen. 3. v. 4. Nolo hercè aliquid mavolo. Expressit Ovid. 6. Fastor. v. 27. 6. Metam. fab. 7. & lib. 13. fab. 1.

Ovid.

Est aliquid de tot Gratorum millibus unum. Est aliquid, nupisse Iovi, Iovis esse sororem. Si nomina Divum sunt aliquid.

Aliquid natus est Salomon, hoc est, in pulchritudine momentum summum: igitur res singularis & eximia, femina absque ulla in pulchritudinem macula. Canit Mariana:

Marian.

Tota venusta es, amica mea, & sine labe decora: A capite ad talos gratia, turpe nihil.

Rebaof.

22 Astruitur intantum schemate Bebrofi, de qua egimus, Tautolog. 2. num. 21. & deinde T. 5. n. 17-6. n. 43. & 7. n. 16. nimiram, dum profertur sententia affirmatio, cum negatione contrarij in affirmatione prolata. Ut Ioann. 1. 20. Confessus est, & non negavit. Psalm. 106. 40. In invio & non in via. Iacob. 1. 4. Perfecti, in nullo deficientes. Levitic. 22. 21. Immaculatum offeret: omnis macula non erit in eo. Intellige

Omnis non pro Nullus.

Omnis non, pro nulla macula; ut exponitur Deuter. 12. 15. Mundum, hoc est, integrum, & sine macula. Ephes. 5. 26. Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta & immaculata. Epiphan. in Phylolog. cap. 23. Est avis (inquit) Charadrus, quam Phylologus ait, abam esse totam, absque ulla prorsus nigredinis nota. Richard. à S. Laurenti de Luid. Virg. part. 6. Mundi & immaculati. Stylus apud Profanos etiam inolevit & in eodem argumento. Ovid. 15. Metam. fab. 2.

Epiphan.

Ricard. de Luid. Virg. part. 6. Mundi & immaculati. Stylus apud Profanos etiam inolevit & in eodem argumento. Ovid. 15. Metam. fab. 2.

Ovid.

Victima labe carens, & præstantissima forma.

Idest, præstantissima victimæ forma, quia labe carens. Virgineo nullum corpore passa virum. Ita idem, 5. Fastor. v. 156. & Horatius, 2. Satyr. 2. v. 65. Mundus, qui non offendat foribus. Senec. Epist. 87. Bona omni parte cavere culpa decet. Para sunt, non corrumpunt animos. Denique Soufa ubi supr. lib. 3. v. 144. Puram sine labe. Purâ virgine: & v. 243. Sancta, sine sordè nocenti. Hæcine ingeniosa methodo pluris commendatur speciositas Sponsæ: igitur primò dicitur Pulchra, post Totâ pulchra adduciturque causa, cur pulchra tota; quippequam in illa nec ulla macula. Exponit metricè Genebrard. hic:

Genebr.

O Sponsa, vita charior! Est tota formosissima, Et labis omnis nescia.

Septuag.

23 Astipulatur sensui Septuag. Interp. nervosa lectio: Tota pulchra, & Momus non est in te. Scita fabula, & quid dixerit de vertebra versatilis defectu in domo Minervæ, de fenestæ vitæ in pectore hominis, à Vulcano elaborati, ac denique de collocatione cornuum bovis à Neptuno producti. Adi Chartar. de Imagin. Deor. fol. 313. Natal. Comit. lib. 9. Mytholog. cap. 20. Lutian. in Nigrin. & Hermetim. Ravif. Textor. in Epibet. & Augustin. 18. Civ. cap. 9. Quicquid est pulchrum sequitur Momus: dicebant Prisci. Idest, crisis maligna vel à malignitate, vel ab invidia. Ergo accedat præsentè Salomonis Sponsa. Deformitas apparet nulla. Pulchra est, & tota pulchra: est curiosè Momus cavillator superveniat, ut carpat. Haud poterit quid reprehendere; cum nihil reprehensibile deprehendere possit. Amor est pulchritudinis à desiderium in fruitionem: ait Plotinus, ubi supr. num. 18. Quid diligendum, si non diligitur quæ eximie, augustè pulchra, & tota pulchra? Quæ, nisi species absolutissima, ac venustate perfectissima forma?

Plotin.

Chara mihi ante alias Venit Amor subitaque animum dulcedine movit.

Virgil.

Unde vel primo aspectu sagitta luminum infixâ tota medullis: Vulnerasti (exclamat) cor meum Soror mea Sponsa: vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Pulchra vulnerat cor: tota pulchra vel primo oculorum iactu. Varijs dicendi modis solet exprimi pulchritudinis summa, dum abest macula. Brevi agam, quippe fusè Tautolog. 4. num. 13. Sæpe enim declaratur additione proprietatis ingenitæ, vel expressione necessarii suppositi. Plaut. in Casin. Act. 2. scen. 3. v. 1. Nitoribus nitidis: v. 9. Munditijs munditiam, Virgil. 3. Eneid. v. 538. Candore nivali. Tibull. lib. 4. Eleg. 2. v. 12. Nivæ candidâ veste venit. Sil. Italic. 2. de Bell. Punic. v. 290. Albentes nivæa penna. Apuleius, Metam. lib. 11. Nunc albo candore lucida. Sic igitur dum dicitur Sponsa pulchra & tota sine macula, ostenditur summa pulchritudinis, vel in pulchritudine summum, quasi molliorem pulcherrima, uti dicitur, cap. 5. 9. & describit præstantiam Theocrit. Edyl. 15. signans

Cant. 4. 9.

Geminatio ex supposito necessario, vel proprietate, pro excellentia suppositi.

Theocrit.

Immortalem ex mortalibus hominibus.

24 Clarebit modò ex huius singularis speciei commendatione, cur Sponsa dicatur perfecta & unica. Una est columba mea, perfecta mea; una: igitur tota pulchra specie & gratia. In his quæ sunt, perfectum intelligitur quod omnino absolutum, & omnibus numeris constat. Cui nihil in actu deest: ut ait D. Thom. 1. part. quæst. 4. art. 1. ad 1. Sponsa namque, cum tota esset pulchra (quin reprehensio posset cadere in partium concinnitatem, eformantem singularissimam speciem, cui accederet Momus, quia actu habebat, quicquid in plenam venustatem spectabat), dicitur Una, & absolute Perfecta.

Cant. 6. 8.

Cur Sponsa dicitur perfecta?

Vultu adeo decoro, ut nihil supra.

Terent. in Andr. Act. 1. scen. 1. v. 93. Hoc est, summè venusta: quare cap. 7. 6. illi dicit Sponsus: Quam pulchra es, & quam decora charissima! Fax iam lucent in illud Pauli: Ut impleamini in omnem plenitudinem (subdit Angel. Doctor. quæst. 5. art. 1. ad 1.) dicitur bonum simpliciter: quod autem non habet ultimam perfectionem, quam debet habere, quatenus habeat aliquam perfectionem, in quantum est actu; non tamen dicitur perfectum simpliciter, sed secundum quid. Virutibus Paulus optat ornari discipulos, ut procedat de virtute in virtutem, in plenitudinis perfectionem; quæ est anima pulchritudo: & summa seu tota, cum summe virtutum perfectio habeatur. Hoc contingit, quum nihil in actu deest: dicitque Paulus, non solum impleri, sed impleri in plenitudinem; ut nullius virtutis defectu, sint eximij, summi, & perfecti, & integri in nullo deficientes, ut dicit Iacobus, Syr. Opus consummatis, ut suis consummatis; ne quid desit vobis. De cognitione in fidem acceptam exponi potest etiam testimonium. Aliquam de fidei mysterijs cognitionem habebant: cupitque Paulus, illos impleri in plenitudinem & in omnem; ut gloriam Domini speculerent à claritate in claritatem: Ut det vobis (inquit à v. 16.) secundum divitias gloriæ suæ virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem: Christum habitare per fidem in cordibus vestris in charitate radicati & fundati: scire etiam supereminentem scientiam charitatem Christi, ut impleamini. Si auctoritas accipitur de gratia, asseclas urget Doctor Gentium in maiora, supereminentem viam demonstrans; ut qui iustus est, iustificetur amplius: & sanctus sanctificetur adhuc; uti dicitur, Apocal. 22. 11. Unde in signum huiusmodi perfectionis, ac plenissimæ plenitudinis: postquam Maria dicitur, Gratia plena, subditur: Spiritus Sanctus superveniet in te. Venerat, ut plena esset gratia in genitricis perfectionem, & supervenit, ut impleteretur in omnem plenitudinem, Denique de gloria potest usurpari eimodij plenitudinis plenitudo. In via implentur homines gratia, ut dicitur de Stephano, Act. 6. 8. de Baptista, Luc. 1. 15. Plenitudo utriusque, sed huius plenitudinis perfectio in gloria tantum: quia satiatur anima, apparente gloria. Sic enim quos impleri desiderat, cap. 4. v. 12. excitat ad consummationem sanctorum in opus ministerij; donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ibi ergo anima dilecta, perfecta, speciosa & tota pulchra: ibi civitas cælestis, urbs perfecti decoris, gaudium universæ terre viventium.

Terent.

Ephes. 3. 19

D. Thom.

Quomodo in charitatibus plenitudo plenitudinis? Iacob. 1. 4.

Luc. 1. 28.

35. Maria gratia plena, & superplena.

25 Ut in Sponsæ speciem absolutissimam redeamus, etenim fulget iam perfecta & decora; sciendum aliquid de gloria illius, dum a Salomone electa; quoniam inter tot pulcherrimas feminas præstabat una. Mos fuit Regibus Orientalibus recludere feminas speciosas in pallatij gynæceum, ut ex illis, quæ magis placeret, eligeretur in Regnam.

Unum pro primario nam.

nam, uti liquet, *Esth.* 1. 19. & *Cant.* 6. 7. Cum ibi plures essent Sponsæ, Una tantum post nuptias dicebatur; quia electa ex omnibus, Regina regnarum. Hinc Salomon ante postquam pulchriorem & ex toto perfectam intuitus est, v. 8. *Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis.* Haud alia Sponsarum in polygamiâ (et si dicerentur Regine, quia Regis coniuges) coronabatur nisi uxor primaria. Unde a rationabiliter hæc Regina dicebatur. Hac de causa dixit Assuerus: *Quid vis Esther Regina?* in cuius dignitatis signum, cap. 2. 17. profertur: *Adamavit eam Rex plusquam omnes mulieres, & dignitate gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare.* Idem contigerat cum prima primaria uxore, quam coronavit uti unicam, pulchritudinis gratia. *Ut introducerent Reginam Vasthi coram Rege, posito super caput eius diademate; ut ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra vultu.* Sub hacine metaphora dicit Dominus inter gratia Synagoga, *Ezech.* 16. 12. *Dei coronam decoris in capite tuo.* Hoc intuitu in Ethnicismo victimam tantum primariæ coronabantur: de quo Anton. Thylestus, & Paschal. de *Coronis.* Unde Ovidius ubi supr. n. 22.

*Vitima labe carens, & præstantissima formâ,  
(Nam placuisse nocet) vitis insignis & auro  
Sistitur ante aras.*

Hi ritus coronarum in signum fuisse perfectionis, astruit Prado in 23. *Etich.* n. 422 dicens: *Et quod circulus sit corona perfecti, perfectionis & plenitudinis symbolum.* Idem Pier. Valerian. lib. 39. cap. 10. Haud alio signo vividior poterat exprimi perfectio pulchritudinis Sponsæ, quam coronâ; ut luceret primaria uxor inter sexaginta Reginas, reliquamque puellarum turbam, uti Regina omnium; quippe *Una illa erat, & ut corona perfecta, quæ sine ulla macula, venustatis plena, pulchra tota.* Quam apte Venet. *Nullum est initium in te.* In corona. Semper fulsisti gratia plena. Beson. *Omne tuum pulchrum est, & non est in te aliquid.* Vivide. Aliquid aliquid desiderat, & non est aliquid, ubi totum; & ex toto totum pulchrum & perfectum. *Una consummata mea;* Maluend. Si electio in coronationem ex speciositate pendet singulari; quia *Una es, & ex toto pulchra, Veni iter omnes coronaberis.* Incomparabilis nitet pulchritudo. Prudens rutilat electio: igitur illæ, queis carpendi inhæret livor, fomite amulationis; ob singularem pulchritudinis præstantiam, laudant, prædicantque usquequaque beatissimam.

*Seis ut te cunctis unam  
Præstulerim, thronique habens in parte locarim.*

26 Vidit sanequam in conclavi cum reliquis Salomon, & concupivit Rex decorem, decernens ducere; ut esset una in delicijs, quæ in gratia speciositatis. Fidei demonstrationi respondit fides Amasæ, verum à Sponso protrahebatur nuptia. Nonnunquam optata, fera: unde illa charitate vulnerata, amore, moræ impatiens, quo languebat, cum coniugium per osculum signaretur; erumpit in quietem cordis prooptato voto, dicens: *Osculetur me osculo oris sui.* Antequam respondentes Pleonasmò, dicamus, cur *Osculo* iungitur eiusdem prorsus significationis verbum, instrumentum aptum & conaturale, nimirum *Os*, & relativum *Sui*, sine antecedente, qui referatur; operæ pretium erit, elicere fontem huiusmodi vehementis affectus in vocem ex abrupto prolationem. Tametsi in tot varia & erudita vagentur ingenia sacrorum interpretum; meo iudicio hic non agitur de nuptijs filie Pharaonis, ad quas apparatus tantus, divisio quasi scenica Epithalamij, reclusio Sponsæ, dispositio ornatus, mundique muliebris, dies ante-nuptiales, sponsalia munera, fodalium comitas & urbanitas, Sponsi per cancellos vaga curiositas, & alia id genus; quæ divinando dicuntur, ut eruditionem, variamque lectionem Expositores ostentent, non ut mentem Cantici enucleando confirmet. Non utique de his nuptijs agi arbitror; opportunum scicne esset canticum, dum agerentur. Hypothiposis illarum tendit in altiora. Constat Salomonem, haud flore ætatis, viridique iuventutem canticum confecisse; sed postquam cuncta quæ optaverat, voto petita, & reapse petita vocaverat iure falsissima gaudia. Pœnitentiæ errorum ductus, Spiritu-Sancto afflatus cœlestia dona expressit, qui mundana præ merore fastidivit. Hinc concinnatus est præstantissimum canticum, scilicet *Cantica canticorum;* qui expertas in mundi illecebris lugubre, cui entitas & titulus, *Vanitas vanitatum.*

27 Salomon ergo cum rediret frugi, terrena pertusus, cœlestia uti sempiterna optat; desponsationemque animæ cum Deo mysticè, cum Virgine-Matre hypermy-

Cant. 4. 3.

Esth. 5. 3.

Qua dicitur inter reginam Reginam

Cap. 1. 11.

Qua vultu meo eam coronabantur

Oria.

Prado.

Corona qua re perfectio nis symbolum. Venet. Beson.

Maluend.

Virgil.

Cant. 7. 1.

Nuptiarum symbolum, osculum.

Scopus Cantici canticorum.

ficcè, cum Ecclesia, Verbo divino homine, propriissime, in allegoria nuptiarum libentissime præcatur. Hinc Francisc. Monzzus in *Delibation. Salomon. Hystor.* luculentè succinit:

*Ipse suos quanquam Salomon, si verba moreris,  
Et celebrare sua videatur coniugis ignes  
Mortales; flammis tamen inspiratus ab æthera  
Sideræ, longè mortalibus orbe futurus  
Deum in insaurato meliores cantat amores.  
Nil Salomon in hoc, nudam nisi nomen, & umbra  
Carminè: nil Pharia nisi nomen & umbra puellæ.*

Dixi *Propriissime* de nuptijs Christi & Ecclesiæ; quia ad nuptias propriè dictas, requiritur, quod ex duobus coniugibus, non tantum unus spiritus, sed una caro fiat; quod ante incarnationem non factum. In illa ergo divinitas & anima Christi eidem carni. In eadem hypostase unitæ fuerunt duo: duo in carne una, qua non sunt duo, sed una caro; quia Deus & homo unus est Christus. Hic Christi humanitas dicitur Verbo Patris: *Osculetur me osculo oris sui.* Pende *Me* non alium; ut à me theandro, homine Deo, tanquam à fonte fluat in cunctos homines gratia. Complacuit Trinitati SS. in ipso inhabitare omnem pulchritudinem divinitatis corporaliter, tanquam in capite; quod amplius & perfectius præ participibus unxit oleo lactitæ gratiæ: igitur de plenitudine eius omnes accepimus. *Qui plenitudinem capit, osculum de ore sumit: qui verò de plenitudine, osculum de osculo recipit:* ait Bernard. in *Cant.* serm. 8. num. 8. Ita igitur ut discrimen coniter inter caput & membra. Versiones variae sunt. *Osculetur me osculo oris sui.* Maluend. *De osculis:* Septuag. *Ab osculis:* Pagn. *Osculis.* Ille qui Sponsus à Patre osculum accepit & ab ore: Sponsa verò Ecclesia osculum de osculo. Ex hoc matrimonio inter Verbum & Christi humanitatem processit sacramentum magnum inter Christum & Ecclesiam: quod quidem est ratum in Incarnatione, minime consummatum, quousque in Eucharistia corpus suum Sponsus tradidit. *Nos autem audiamus & intelligamus in carne una Christum & Ecclesiam: sicut carnem suam nobis manducandam fidei corde, atque ore suscipimus.* Ita Augustin. lib. 2. *Contr. adversar. legis & Propbet.* cap. 9. Anselm. in *Epist. ad Ephes.* 5. 31. *Duo, id est, Christus & Ecclesia sunt in carne una; quia carnem, quam ille de Virgine sumpsit, quotidie in Missarum celebrationibus sumit Ecclesia.* Theodoret. loc. *Cantic. præf. in:* *Ne quis osculorum vocabulo perturbetur: consideret, quemadmodum Sponsi corpus suscipientes amplectimur, & osculamur.* Idem Chrysostr. Homil. 20. ad *Ephes.* Irenæus, lib. 5. ad ver. *Hæresis,* cap. 2. Cyrillus Alexand. lib. 1. in *Ioan.* cap. 13. & lib. 11. cap. 27. Hilar. lib. 8. de *Trinit.* Innocent. III. lib. 4. de *Myser. Mis.* cap. ult. alijque PP. quorum sententiam in nostrum propositum exponit nervosè, doctèque Vazquez in 3. part. *disput.* 204. per plura capita. Per fidem duntaxat non contrahitur huiusmodi matrimonium, sed tantum possunt iniri sponsalia; quippe ubi uno non est, matrimonium abest, & per fidem solum non datur in contrahentibus fides mutua, ad coniugium necessaria: qua de causa, Ioan. 2. 23. dicitur: *Multi crediderunt in nomine eius: ipse autem Iesus non credebatur semetipsum eis.* Non illi credit, qui tantum credit, quousque per gratiam contrahatur matrimonium ratum, quod consummandum per Eucharistiæ usum; quoniam tunc Sponsus Christus tradit suum corpus, non mysticè, sed propriè & corporaliter, quia omnes uniantur realiter corpori Christi, cum eoque sunt unum in Eucharistia, sicut cibus fit unum cum comedente: Ait Alapud. 1. ad *Cor.* 10. 17.

28 Per huiusmodi facram in gratia sumptionem, in suam carnem Sponsus nostram convertit: suntque duo in carne una, ita concorporati, ut non sint duo sed una caro: etenim qui dignè manducat; inquit Sponsus, Ioann. 6. 56. *In me manet & ego in illo.* Non convertitur caro Christi in nostram carnem; sed econtra: quare ibid. v. 57. dicit *Qui manducat me, ipse vivet propter me.* Haud hic cœlestis panis, sicut *Manna.* Hic panis est vivus & vitalis, qui in se transformatur comedentes, ut sint in unam substantiam; sicut *Manna* comedentes in se transmutabant escam, de quo egimus *Tom.* 2. *Tautol.* 1. o. D. 6. à num. 5. Corpus quod est Ecclesia mysticum est, sed non est mystica corporis unio in unoquoque fidelium. Eucharistia usus est consummatio huius matrimonij, per quam non solum conceditur unitas cum corpore Christi, sed resurrectio & immortalitas, uti dotes corporis: *Habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die.* v. 54. *Verbum se admisit hominum naturæ* (inquit Gregor. Nyssen. *Orat. Catechetica,* Tom. V. p. cap.

In trinum senjum.

Monz.

Christus Ecclesia Sponsa

Bernard. Maluend. Septuag. Pagn.

Augustin. Cur in Eucharistia utriusque coniugium. Anselm. Theodoret.

Quo Spon sum, quando ratum, & quando consummatum?

Alapud.

Eucharistia in corpus Christi convertimur.

Cur dotes corporis gloriosi ab Eucharistia? Greg. Nyss. cap.